



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Canones de Sacramentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

SESSIO SEPTIMA,  
CELEBRATA DIE III. MENSIS  
MARTII, M. D. XLVII.

*Decretum de Sacramentis.*

PROOEMIUM.

**A**D consummationem salutaris de iustificatione doctrinae, quae in praecedenti proxima Sessione vno omnium Patrum consensu promulgata fuit; consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiae Sacramentis agere, per quae omnis vera iustitia vel incipit, vel cepta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas haereses, quae circa sanctissima ipsa Sacramenta hac nostra tempestate, tum de damnatis olim a Patribus nostris haeresibus suscitatae, tum etiam de nouo adiuventae sunt, quae Catholicae Ecclesiae puritati, & animarum saluti magnopere officunt, sanctarum Scripturarum doctrinae, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inhaerendo, hos praesentes canones statuendos, & decernendos censuit; reliquos, qui supersunt ad cepti operis perfectionem, deinceps, diuino Spiritu adiuuante, editura.

DE SACRAMENTIS IN  
GENERE.

CANON I.

Si quis dixerit, Sacramenta nouae legis non fuisse omnia a Iesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse  
E 5  
plura,

*a Concil. Flaren. in decreto in Eugenii ad Arme nos.*

*h. c. ad abo-  
lendā do-  
hæres.*

plura, vel pauciora, quàm septem, videlicet, Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiam. Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum septem, non esse verè, & propriè Sacramentum; anathema sit.

CANON  $\gamma$  II.

Si quis dixerit, ea ipsa nouæ Legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia carimoniam sunt aliæ, & alij ritus externi; anathema sit.

CANON  $\delta$  III.*h. c. nihil, de  
confr. dist. 2.  
omn. sim.*

Si quis dixerit, hæc septem Sacramenta ita esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius; anathema sit.

CANON  $\epsilon$  IV.*e. supra Sess.  
2. de iustif. c.  
7. & Can. 5.*

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ Legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua; & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam & iustificationis adipisci; licet omnia singulis necessaria non sint; anathema sit.

CANON  $\zeta$  V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse; anathema sit.

CANON  $\eta$  VI.*d. Conc. Flor.  
sub Eug. 4.  
verf. hoc do-  
cet Eccles.*

Si quis dixerit, d Sacramenta nouæ Legis non cōtinere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; anathema sit.

CANON  $\theta$  VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus; anathema sit.

CANON  $\iota$  VIII.

Si quis dixerit, per ipsa nouæ Legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem diuinæ

uinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, a in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indelebile, ynde ea iterari non possunt; anathema sit.

a Sess. 23. Can. 4. ex decreto Eugenij in Conc. Flor.

CANON X.

Si quis dixerit, b Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.

b Vide Conc. Carth. 4. c. 98. & in Concil. Constant. art. 13. Ioan. V. Vicles.

CANON XI.

Si quis dixerit, c in ministris, dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia; anathema sit.

infra Sess. 14. de pen. c. 6. c. Concil. Florent. in decreto Eugenijs.

CANON XII.

Si quis dixerit, d ministrum, in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere aut conferre Sacramentum; anathema sit.

d Idem error damnatur in V. Vicles a Concil. Hispan. Sess. 8. c. multa c. remissionem c. Christum, c. plur. seq. 1. q. 1. c. vit. 15. q. 1. st.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse; anathema sit.

REMISSIONES.

Vide Hugolin. de Sacramētis in genere, Sayr. in speciali. tract. de Sacram. in communi, Vival. in Candelabro aureo in principio de Sacramētis in genere, P. Henriq. in sum. p. 1. lib. 1. de sanctissimis Ecclesiæ Sacramētis in genere, Card. Bell. to. 2. in lib. de Sacr. P. Soar. to. 3. de Sacr. Gabr. Vasquez in 3. p. D. Thomæ, to. 2. disp. 60. Bald. Iunium super opera cōtrou. Bellar. p. 2. lib. 1. de Sacram. in genere, Petr. Ledel. in sum. p. 1. de Sacram. nouissimè P. Ægi. de Coniok. de Sacr.

β CANON I. Vide Perez l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. Nau. in man. cap. 22. nu. 2. & 5. & in cap. nouit. de iudic. notab. 3. num. 92. P. Henriq. in sum. lib. 1. cap. 3. §. 1. Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. cap. 1. q. 7.

q. vnic. & latius cap. 2. art. 1. & art. 2. respondet ad argumenta contra-  
ria. P. Soar. tom. 3. de Sacram. disp. 12. sect. 1. P. Vasquez in 3. p. D. Thom.  
m. 2. tom. 2. disp. 135. num. 1. cum seqq. & disp. 139. num. 1. Balduin. Iu-  
nium super opera controuers. Bellar. p. 2. lib. 1. cap. 5. vers. Prima ergo  
quaestio. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. nu. 4. P. Ægid.  
di. de Sacramen. tom. 1. quaest. 64. art. 1. dub. 1. & q. 65. art. 1. num. 4.  
Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Sacramentos en comun. cap. 6.  
concl. 4.

7 CANON II. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 5. cap. 7. art. 5.  
P. Henriq. in sum. lib. 1. cap. 7. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit.  
lib. 31. num. 7.

8 CANON III. Vide Cardin. Bellarm. lib. 2. de Sacram. cap. 18.  
latè Sayr. de Sacram. in genere lib. 6. cap. 3. q. vnic. Balduin. Iunium d.  
lib. 1. cap. 8. prope finem. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 74.  
disp. 177. num. 6. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacram. in comun.  
cap. 7. concl. 3.

9 CANON IV. Vide Magist. in 4. dist. 1. D. Thom. in 4. dist. 1. q. 1.  
art. 2. & part. 3. q. 61. art. 1. D. Antonin. p. 3. tit. 14. cap. 11. §. 4. Can. in re-  
lect. de Sacram. in genere cap. 24. Hug. Victor. lib. 1. de Sacramen. p.  
9. cap. 3. Cardin. Bellarm. lib. 2. de Sacram. in genere cap. 22. Gregor.  
de Valen. tom. 4. disp. 3. quaest. 2. puncto 1. P. Soar. tom. 3. de Sacram. disp.  
3. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 3. c. 1. q. vnic.

10 CANON V. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 5. cap. 1. q. v-  
nic. art. 2. & 3. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 131. num. 34. &  
disp. 149. num. 5.

11 CANON VI. Vide P. Henriq. in sum. p. 1. lib. 1. cap. 17. Sayr. de  
Sacram. in genere lib. 5. cap. 5. quaest. vnic. P. Valeri. Reginald. in praxi fori  
pœnit. lib. 2. 6. a. num. 43. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 10.  
concl. 1.

12 CANON VII. Vide Cardin. Bellarm. lib. 1. de Sacram. c. 26. P. Æ-  
gid. de Sacram. q. 64. art. 9. a. n. 108. P. Valeri. Reginald. d. lib. 2. 6. a. num.  
43. Petr. Ledes. in sum. part. 1. tract. de Sacramentos en comun. cap. 7.  
concl. 1.

13 CANON VIII. Vide Sayr. de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 2. in  
princip. P. Ægid. de Sacram. quaest. 62. art. 1. dub. 1.

14 CANON IX. Vide P. Henriq. in sum. lib. 1. cap. 13. Sayr. de Sacram.  
in genere lib. 4. ca. 1. cum seqq. P. Ægid. de Sacram. q. 63. art. 1. a. princ.  
P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 46. nu. 5. P. Valeri. Reginald.  
in praxi fori pœnit. lib. 2. 6. a. n. 48. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacram.  
Confirm. cap. 4. concl. 2.

15 CANON X. Vide P. Paul. Comit. resp. moral. lib. 1. quaest.  
46. num. 1. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. quaest. 138. nu-  
mer. 9.

16 CANON XI. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. cap. 3.  
quaest. vnic. art. 3. post princ. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Sacra-  
mentos

mentos eñ comun. cap. 6. concl. 13. P. Egid. de Sacram. quæst. 64. art. 8. dub. 1. num. 62. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 26. à num. 36.

¶ CANON XII. Vide cap. Multi, cap. Significati, cap. Dominus, cap. Christus, 1. quæst. 1. P. Henric. in sum. lib. 1. cap. 29. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 9. concl. 8. Cened. ad Decretum collect. 39. nu. 3. Sayr. de Sacram. in genere lib. 5. cap. 4. pag. 491. P. Vafquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 2. disput. 137. nu. 18. P. Egid. de Sacram. quæst. 64. art. 5. & q. 82. num. 34. Valeri. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 34.

§ CANON XIII. Vide P. Egid. de Sacram. quæst. 66. num. 99. & q. 71. num. 3. P. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 10. & num. 28. cum seq. Petr. Ledef. in sum. p. 1. tract. de Baptismo, c. 12. concl. vlt. in fine.

DE α BAPTISMO.

CANON β I.

Si quis dixerit, a Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi; anathema sit.

a Aug. Enchiridij, c. 49. aliud. Et c. non regenerabantur. de conf. dist. 4. b c. pan. de Bapt. Iean. 8. c. filius. Et c. non dubito. de conf. dist. 4.

CANON γ II.

Si quis dixerit, b aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideò verba illa Domini nostri Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorsit; anathema sit.

CANON δ III.

Si quis dixerit, c in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam; anathema sit.

c c. non decet. 12. dist. c. nã abolendam. de heret.

CANON ε IV.

Si quis dixerit, d Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; anathema sit.

d Conc. Flor. in decretis Eugenij, c. dist. 8. quod verò. cum 2. cap. seq. 1. q. 1

CANON ζ V.

Si quis dixerit, e Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.

e Ioan. 3. c. nulla praxier. de cõf. dist. 4.

CANON